391

reciperat, invasit. Sed tamen a personalibus
iniuriis abbatis abstinuit, quia filium eius in
baptismo susceperat, quod ipsum cum[a] multis
marcis, si esset possibile, se velle redimere adhuc
vivente fratre[a] sepius dixisse fertur. Movebatur
enim propter fratrem carnaliter, quia ille in
optinendo proposito infirmior abbate videre-
tur, maxime autem pro quodam verbo, quod
abbas minus caute protulerat, comitem apostatam nuncupando. Idem namque comes eccle-
sie Maydeburgensis canonicus existens
etiam ad subdyaconatus gradum promotus erat. Acci-
dit autem, cum in scolis esset Parisius, quia ex
ex Francia habuit filiam sororis sue, ut
contencione inter burgenses et clericos exorta
servi[a] ipsius ad auxilium clericorum
ab eo missi homicidium committerent.
Pro qua re de sua promocione desperans
clericatum dicitur reiecisse. Post mortem Conra-
di marchionis, qui triennio fratri tantum
supervixit, Theodericus marchio, de quo nunc
est sermo et stilus scribendi, modis omnibus an-
helabat, ut ipse ecclesie Sigaviensis advocatus
eligeretur, quod cum abbas Sifridus sibi non
convenire sciens facere neglieret, ille ex fau-
tore et amico in hostem mutatus valde eum
vexare cepit, ei multa[a] dampna et iniurias
irrogando[c] et extremam vero ante castrum
Grotz, quod ei hereditario iure obvenerat et veniis
ex redempcione ab imperatore, quia marchiam
Lusacie Landisperg una cum castro Yle-
burch, Rochelitz, Grotzick pro XV milibus
marcarum argenti redemit, villam Grotz
muniens, forum instituit et theolonium et
monetam omnibus provincialibus ab illa parte
tam emere quam vendere volentibus, ne Sigaviam
pergerent, interdixit. Abbas vero iudicibus con-
tra eum a sede apostolica impetratis[d] episcopo,
decano, scholastico Herbipolensibus, omnem eius

---

a) frater c. corr. man. rec. fratre (recenti manu)
+ f. CCLXIIII b.
= scolis
a) sororie c. corr. man. rec. in marg. servientes
Note am Rand: servientes
a) multa c.
c) irrigando et videri corr. minio irrog. (neglieret)
Marchia Lusacie redimitur cum Landisberg. (Lusacie)
d) impetrans c. corr. man. rec. in marg. impetratis.
+ f. CCLXIIII c.
(am Rande unten ...)